



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Censu animæ aduersus Hermogenem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Tert.de Trin.& Censu animæ libr.Frag. 1109

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI DE
TRINITATE LIBRI NOTVLA.

SCRIPTPSIT (inquit B. Hieron. Catal. Script. Eccles.) Nouatianus DE TRINITATE
grande Volumen, quasi operis TERTULLIANI, quod plerique nescien-
tes Cypriani existimant.

An Tertullianus præter librum aduersus Præceanum,
alium de TRINITATE scripsit, merito dubita-
tatem inveniunt hac B. Hieronymi verba: Quum enim è
scriptorum grandior sit opera compendium, & Nouatianus
de Trinitate liber (ut potè grande volumen, vel ipso teste,) prolixius multo sit lib. adu. Præcean; & aportebat, si mendacio
non sine B. Hier. codicis, alium de Trinitate librum à Ter-
tulliano conscriptum confiteri. Sin vero legamus (quod le-
gitim forte ab illo fuit) TERTULLIANI, censemus Nouatianus
liber, dilatatio argumenti à Tertulliano tractari lib. adu.
Præcean. Id ipsum censemus erit, si agamus p[ro]positum, id
est imitationem, quum Tertullianum aliquoties imitetur.
Nos itaque, quia non libenter absque MS. codicibus lectio-
nem veterum immutamus, malumus etiam LIBRVM

DE TRINITATE inter ea que desiderantur TERTULLIANI opera colligere. Maxime, quin, et si idem
Argumentum latius trahet Nouatianus de Patre Deo
& Deo filio; tamen vicissim trahetur à Tertull.
adu. Præcean et Monarchianos, de Filio alio à Patre, quem
illi eundem facientes scilicet postea & Sabellius, contra
quem paucioribus agit Nouatianus. Deinde latius ibi tra-
hatur & verius de spiritu sancto, ut potè de quo Nouatia-
nus unicum caput habeat. Vnde quædeò ut si propriè loqua-
mur, neque scriptor quia grandius est opus, nec TERTULLIA-
NIUS quia in quibusdam succipiens, nec p[ro]positus, quia
non per omnia imitatur, dici posse operis Tertulliani, liber
Nouatiani.

Q. SEPTIMII FLOREN-
TIS TERTULLIANI DE CENSU ANIMÆ
LIBRI ADVERSVS HERMOGENEM AR-
gumentum & Fragmenta, ex libro de An-
ima, cap. I. 3. II. 22. & 24.

DE solo CENSU ANIMÆ (inquit Tertull.) congressus Hermogeni, quatenus & istum ex materiæ potius suggestu, quam ex Dei flatu constitisse præsumpsit; nunc ad reliquas conuersus quæstiones, plurimum videbor cum Philosophis dimicaturus.

Vna iam congressione decisa AD VERSVS HERMOGENEM, ut præ-
fati sumus; quia animam ex Dei flatu, non ex materia vindicamus; muniti & illuc di-
uinæ determinationis inobscurabili regula: Et flatum vita in Gen. 2.
faciem hominis, & : Factus est homo in animam viuam, vtique ex Dei flatu. De isto 1. Cor. 15.
nihil amplius revoluendum; habet suum titulum, & suum hæreticum.

Ceterum AD VERSVS HERMOGENEM, qui eam (nempè animam) ex materia non
ex Dei flatu contendit, flatum propriè tueatur. Ille enim, aduersus ipsius scripturæ fi-
dem flatum in spiritu vertit; vt dum incredibile est, spiritum Dei in defictum, & mox in
iudicium deuenire, ex materia potius anima credatur, quam ex Dei spiritu. Idecō nos
& illuc flatum eam defendimus, non spiritum, secundum scripturam & secundum spiri-
tus distinctionem; & hic spiritum ingratias pronuntiamus, secundum spirandi & flandi
conditionem; illuc de substantia quæstio est, spirare enim substantiaz actus est.

Cetera animæ naturalia iam à nobis audiit Hermogenes, cum ipsorum defensione &
probatione, per qua Dei potius quam materia propinqua cognoscitur.

Nos autem, qui nihil Deo adpendimus, hoc ipso animam longè infra Deum rependi-
mus, quod natam eam agnoscamus; ac per hoc dilutoris diuinitatis, exilioris felicitatis;
vt flatum, non ut spiritum; & si immortalem, ut hoc si diuinitatis; tamen passibilem, ut
hoc sit nativitas; idecō quæ & à primordio exorbitationis capacem, & inde etiam obliuio-
nis adfinem. Satis de isto cum Hermogene.

AAA ii

His quinque lysis Ante*lib.* imprimis titulum & Argumentum indicat: DE CENSU ANIMA ADVERSVS HERMOGENEM, ubi censum accipi pro origine, præterquam quod priori loco adnotauimus n. 2. etiam vel inde patet, quod refutetur heres Hermogenis, qua non ex Dei flatu, sed ex materia animarum originem constituisse contendebat. *Aud* aliter atque mundum factum dicebat non ex nihilo, sed ex materia Deo coetera, aduersus quam heres supra disputat *Auctor lib. adu. Hermogenem*. *T. 3.* Iam vero etiam duas scripturas adserit, quibus animam Dei flatum probasse significat, Gen. 2. & 1. Cor. 15. In quibus quum ille, uti sua heresi videatur fauere, vertit: spiritum vitæ, pro eo quod alijs flatum; contra scriptura fidei, ut ipse quod Grace illuc legitur a *Deo*, quod plerique malunt (*vel B. Augusti*, test. l. 13. de cœnitate Dei, cap. 24.) interpretari flatum, inspirationem, aut aspirationem, aut Animam, quam Spiritum significat tertio loco hic citato *Auctor*, se hoc egisse dicto libro, ut flatum potius tueretur quam spiritum. Quoniamque interius alio sensu etiam spiritum agnoscens Animam, à spirando, lib. de Anima, non per omnia consentiat cum Catholicorum sententia Tertullianus, qui spiritum propriè animam dicunt, non tamen spiritum sicutum; atque adeò etiam dicto loco *Genesios*, & aliibi, πνοὴν spiritum interpretantur. Verum de hoc illico paradoxo Lectorem remissimus ad nostrâ Prolegomena, & aliquid in contrarium ibi adnotauimus num. 137. 140. 141. & 142. Deinde se se ad institutum propius cetera natura animæ pertractasse insinuat aduersus Hermogenem, ut Dei potius quam materie propinquia anima probaretur. Denique ne fortassis propter quod animam cum Deo compararet, cam longè infra Deum defendisset scribit dicto libro, quod nata sit, quod paffibilis, quod exhortationis capax, & inde etiam obliuionis adfinis sit. Vsq[uad]eo ut totius penè libri argumentum, & quasi fragmenta quadam ipsiis ijsdem verbis repetita h[ic]c videtur sit apud Autorem. Ceterum de Hermogenem ac Hermogenianis, & varie eorum heresis late supra tractauimus dicto lib. aduersus Hermogenem, num. 1.

Q: SÉPTIMII FLOREN-
TIS TERTULLIANI ADVERSVS APEL-
LETIANOS LIBRI, CITATIO, EX LIBRO
de Carne Christi, cap. 8.

Sed quoq[ue]iam & isti APELLETIANI carnis ignominiam prætendent maxime, quatenus volunt, ab igne illo. Præside mali, sollicitatis animabus adstriccam; & idcirco indignam Christo, & idcirco de sideribus illi substantiam competitisse; debeo illos de sua paratura repercutere. Angelum quendam in cylatum nominant, qui mundum hunc instituerit, & in studio eo pœnitentiam admiserit. Et hoc, suo loco tractauimus. Nam est nobis ADVERSVS ILLOS LIBELVS; an qui spiritum & voluntatem & virtutem Christi habuerit ad ea opera, dignum aliquid pœnitentia fecerit; quum angelum etiam de figura erraticæ ouis interpretetur. Teneat igitur pœnitentia institutoris sui, delictum erit mundus; siquidem omnis pœnitentia confessio est delicti, quia locum non habet nisi in delicto. Si mundus delictum est, quia corpus: & membra, delictum; erit proinde & cœlum, & cœlestia cum cœlo. Si cœlestia, & quidquid inde conceptum prolatumque est; mala arbor malos fructus ædat necesse est. Caro igitur Christi de cœlestibus stræcta, de peccati constitutæ clementis, peccatrixem de peccatorio sensu; & par erit ipsius substantiæ, id est, nostræ, quam vt per cœtricem Christus deditur induero. Ita si nihil de ignominia interest; aut aliam purioris notæ materiam excogetent Christo, quibus displicet nostra; aut eam cognoscant, qua etiam cœlestis melior esse non potuit.

An liber iste, ADVERSVS APELLEM, an ADVERSVS APELLETIANOS inscribi debat, aliquamdiu me dubitare fecit, quod inter ceteros hereticos, aduersus quos scriptæ Tertullianæ, enumerat Vincent, Lirinensis. Apelem; ex quo etiam heresiamus num plures sunt Libelli ab Autore aduersus ipsum & discipulos eius conscripti. Verum, quum toties facta Apellis mentione arque nullius alterius, nullum tamen libri cuiuspiam aduersus eundem mentionem præterquam hoc loco faciat; sit mihi credibile, & unicum esse ab eo conscriptum, & ADVERSVS APELLETIA-

NOS inscriptum. Maxime quum etiam Apelletianos B. Cyprianus nuncupet Apellis discipulos Epist. 73. ad Iobianum. Atqui obscuriora quidem sunt verba Tertulliani iam citata, sed hoc fibi vnde: Argumentum libri aduersus Apelletianos postissimum fuisse: Angelus ille igneus mali præses, qui & mundum animabus carnem adstruxerat; ad quod tamen spiritum & voluntatem, & virtutem Christi habuerit; dignum aliquid pœnitentia fecerit. Vt p[ro]p[ter]e qui darent, sicuti legitur lib. de Praescript. aduersi heret. cap. 5. b. 2.